possino vendere, ne alienare la sorte principale fino all'età di vent'anni, DD. communiter sequuti sunt magis commu-
3 nem opinionem, non tolli substitutionem fideicommissariam, Fusar. *q.720.ex n.1.& 9.vers. ego ter consului*, Rot. *coram Seraph.dec.829.in fin.& dec.1244.n.3.vers. & ad supradictorum corroborationem* Gratian. *discept.79.ex n.3.& maximè n.5.* ubi si quæ differentia opponeretur, quod fideicommissum præcedat, sive subsequatur hujusmodi prohibitionem (prosequitur in casu præsenti) generaliter cum constet de claro fideicommisso illam taciam prohibitionem alienationis, quæ colligitur, non adeò operatam, ut possit elici efficax fundamentum contra res jam suppositas expressè findicommisso, latè Fusar. *cons.131. nu. 12. à vers.*
4 *venio ad secundum Testamentum*, maximè adjectis vehementibus conjecturis ex Testamento, enumeratis *in decisione, quæ conformatur §. quamplures*.

Denum ad detractiones debitas Joanni Baptistæ tam ex capite legitimæ, quàm crediti dotalis matris, ob quas prætendebant Creditores Actores sustinere alienationem controversæ Domus fideicommissariæ, DD. visum est exceptionem, quantumvis legalem, nihilominus omisso à Joanne Baptista Inventario, & probatis insuper quamplurimis alienationibus locorum Montium, Census, mobilium ad usum Hospitii enumeratis ab informantibus pro Reis, ab eodem factis, ac existentia Jocalium, mobilium, & pecuniarum in quantitate considerabili repertarum in hæreditate Antonii, ut ex calculo, inutiliter opponi de stylo Rotæ; Præcipuè quia, cum lex præsumat contra non conficientem Inventarium alia bona fuisse in hæreditate, quodque sicut gravatus alienavit ea, de quibus constat, ita etiam alienare potuit alia, & quidem magna, de quibus non constat, e quibus ipse sua credita consequutus sit, donec Actor prætendens ulteriorem consecutionem legitimæ concludenter probet adversùs fideicommissarios negativam existentiæ,
5 alienationis aliorum bonorum, ut dixit Rot. *decis.31.nu.8. vers.legitimam verò par.11.& dec.96.n.1.par 12.*

Non subsistente Inventario facto à Tutorum filiorum institutorum pro Inventario hæreditario, quod faciendum erat; Diversæ enim solemnitates requiruntur in hoc hæreditario, quæ superfluæ sunt in illo tutorio, ut apud Bart.
6 *ad §. cum igitur l.ult.Cod.de Jur.deliber. n.20.* Adeout præcedenti *n.19.* nova quæstione concluserit ipsius Testatoris Inventarium de omnibus suis bonis traditum, Hæredi non prodesse, quominus hæres teneatur facere aliud Inventa-
7 rium, & cum aliis Gratian. *decis.77. n.18. & coram Coccin. decis.59 n.3.*

Et quod in hoc removere omne dubium dicebant informantes pro reis, est defectus, quem patitur etiam Tutoris inventarium; tanquam non integrum, nec continens om-
8 nia bona hæreditaria, quod ideo non potest deservire pro Inventario hæreditario probans statum hæreditatis, Rota *in Senogallien. fideicommissi 29. Maii 1675. sub §. attento coram Reverendiss. Matthæjo.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Romana Fideicommissi.

Ven. 25. Junii 1694.

ARGUMENTUM.

Filii in conditioni positi quoties censerentur dispositivè vocati vocatio intelligeretur quoad portionem Parentis non autem quoad portionem Patrui juxta ea quę etiam ait *Card.de Luca de Fideicomm. Disc. LXXVII. cum seqq.* etiam si agatur de fideicommisso Ascendentis positi fuerint in conditione cum qualitate legitimitatis & inter primos Institutos apposita fuerint reciproca & eorum successio, nec esset admittenda in vim vulgaris anomalæ licèt Parens si viveret successisset dummodo vocati non fuerint in tota hæreditate.

SUMMARIUM.

1 *Sententia transit in judicatum si post interpositam appellationem nil actum sit & fatalia prorogata non fuerint.*
2 *Reciproca facta inter primos institutos ad illorum filios in conditione positos non extenditur.*
3 *Filii in conditione positi ex statuto Urbis censentur vocati*
4 *Vocatio tamen intelligitur quoad portiones proprioruṁ Parentum, non autem quoad portiones aliorum.*
5 *Etiam si agatur de fideicommisso Ascendentis si tamen concludentes conjecturæ non concurrant.*
6 *Testator si masculos fœminas insimul vocaverit non censetur habuisse votum conservandi agnationem.*
7 *Filii in conditione positi ad portiones Patruorum aspirare non possunt si non adsit votum conservandi agnationem & digressus ad plures gradus substitutionum.*
8 *Ad hoc ut filii in conditione positi ad portiones Patruorum dicantur vocati, non sufficit quod filii positi fuerint in conditione cum qualitate legitimitatis quodque inter primos institutos reperiatur reciproca.*
9 *In fideicommisso Ascendentis datur repræsentatio.*
10 *Limitatur ubi hæredes instituti, fuerint propriis expressis nominibus vocati.*
11 *Filii in conditione positi in vim vulgaris anomalæ non succedunt in portionem Patruorum licet parens si viveret successisset dummodo tamen vocati non reperiantur in tota hæreditate.*
12 *In quo casu procedat decis.332.& dec.403.par.2.rec.*
13 *In quo casu loquatur dec.273.& dec.300.q.1.rec.*
14 *Fideicommissum conditionale etiam ad filios non transmittitur.*
15 *Si deficiat contemplatio agnationis & digressus ad plures gradus substitutionum cæteræ conjecturæ inefficaces reputantur pro inducenda transmissione etiam in fideicommisso Ascendentis.*
16 *Pro transmissionis exclusione vehemens est conjectura quod Testator suos filios vocaverit propriis expressis nominibus.*

DECISIO LV.

ANo 1634. qu. Dominicus Lupus sibi hæredes instituit universales Vincentium Thomam Ægidium & Ambrosium filios masculos nec non Flaviam Domitillam Annam Marsiliam & Angelam Theresiam filias fœminas cum reciproca substitutione his verbis, quibus decedentibus seu aliquo ex eis sine filiis legitimis & naturalibus ipsis, & cuilibet ipsorum, & alterum alteri ad invicem substituit.

Defuncto Testatore aditaque hæreditate per filios tam masculos quàm fœminas hæredes institutos decessit primo loco Ambrosius sine filiis cujus portionem assecuti sunt ejus fratres & sorores superstites: secundo loco Ægidius etiam sine filiis & pariformiter istius portio inter superstites divisa fuit: tertio Anna Marsilia relictis Joanne Baptista, & fratribus de Senapis filiis & tandem obierunt Thomas, & Angela Theresia sine filiis superstite tantum Flavia Domitilla matre Dominici, & aliorum de Pennagallis, quæ vigore reciprocæ substitutionis portionem DD. Thomæ & Angelæ Theresiæ assecuta est, reportando insuper de anno 1678. ab A. C. sententiam contra DD. de Senapis prętendentes succedere in portionibus prefatorum Thomæ, & Angelæ Theresiæ una cum dicta Flavia Domitilla eorum matertera, qua sententia declaratum fuit nullum Jus DD. fratribus de Senapis competere, à qua licet isti appellationem curaverint interponere causamque committere clar.me.Card. Tayæ cum tamen ab inde citra nihil actum fuerit, dubitatum hodiæ fuit coram me in ejus locum suffecto *An constet de re judicata* vel *potius sit danda immissio*, & DD. de re judicata constare visum est.

Ea ratione quia post interpositam appellationem à dicta sententia late de anno 1678. per annos 15. fratres de Senapis nihil egerunt, nec fatalia prorogari curarunt ex quo palam fit sententiam prædictam in authoritate rei judicatæ transisse *cap.cum sit Romana de appellat.l.nemo C. de tempor.* 1
appellat. Rota *decis.376.n.7.& seq.par.17.& §. 93. à nu.1. ad 4.par.18.*

Præsertim quia liquido constat de sententiæ Justitia cum fratribus de Senapis vigore reciprocę substitutionis ordinatæ à prefato fideicommisso Dominici non debeatur successio, sed solum hæc competat Flaviæ Domitillæ quia dum Anna Marsilia mater fratrũ de Senapis prędecesserit Thomę Avunculo ipsorum & Angele Theresię eorum materterę & sola Flavia Domitilla filia Testatoris, & soror respectivè superstes remanserit eisdem Thomæ, & Angelæ Theresiæ, successit illa istis in totum vigore præfatæ reciprocæ quę facta tantum fuit inter solos filios primos institutos, & ad illorum filios in conditione positos non extenditæ, Abbas *cons.22.dub.2.n.12.* Peregr. *de fideic.ar.12.n.88.* Rot. *dec.1281.nu.3.coram Seraph.dec.100.n.3. par....rec.dec.*
2 *241.n.2.par.9.dec.124.n.1.par.13.rec.*

3 Parum refragante quod vigore *Statuti Urbis lib. 1. cap. 142.* filii in conditione positi vocati dispositivè censeantur quia id intelligitur quoad portiones propriorum Parentum, à quibus sunt in conditione positi, non verò in portionibus Patruorum, Avunculorum, & materteræ post mor-
4 tem Patris defunctorum, Gabriel. *cons.2.n.6.& seqq. lib.2.* Fusar. *de substit.q.440.n.1.& 23.* Rota *dec.1281.n.3.& decis.1479.n.1.coram Seraph. dec.258.n.2.coram Peuting.dicta dec.100.p.1. rec.* cum aliis *in dicta dec.124.p.1.n.3.p.13.rec.*

Tanto magis quia in præsenti casu non concurrunt urgentes conjecturæ & pernecesse concludentes quales requiruntur ut à dicta regula recedatur etiam si agatur de fi-
5 deicommisso ascendentis, Rot. *dec.387.n.1.& 3.coram Buratio dec.120.n.1.& 2.coram Royas dec.145.nu.6.& 7. coram Celso dec.126.n.9.par.17.& dec.29.n.2.par.18.* Deficit enim votum conservandi agnationem quæ penitus excluditur in casu dum Testator masculos & fœminas insimul voca-
6 vit, Rot. *dec.1014.à nu.5.ad fin.coram Seraph.& decis.667. sub nu.10.par.2.rec.dec.118.num.3.par.3.rec.& dicta dec.29. etiam n.3. par.18.* nec non digressus ad plures gradus substitutionum ut liquet ex lectura Testamenti, quibus conjecturis deficientibus filii in conditione positi ad portiones
7 Patruorum adspirare non possunt, Rota *decis. 119. coram Cerro dec.258.utrobique n.4. coram Peutinger.& decis. 124. n.7.par.13.& in Pisauren. fideicom.12. Februar.1685.§.vocatio demum coram bo:me: Albergato.*

Nec consideratione dignæ sunt duæ conjecturæ super quibus particulariter insistebant scribentes pro fratribus de Senapis, nempè quod filii positi fuerunt in conditione cum qualitate legitimitatis, & inter eosdem primos institutos adsit reciproca substitutio, quia harum conjecturarum pri-
8 ma rejicitur à Rota *in dec.401.nu.16.par.9.& in dicta Pisauren.fideicom.§.& melius efficaciæ*. Secunda vero reprobatur *in dec.1294.n.3.& seq. coram Coccin.dec.100. n.1.par.1. rec.dec.287.n.2. cum pluribus seqq.par.4.rec.tom.2. decis.359. n.12.par.17.& dec.140 n.11.par.19.*

Minusque refragatur quod in fideicommissis ascendentium debetur repræsentatio cujus ratione fratres de Sena-
9 pis ex persona matris aspirare possint ad portiones Avunculi & materteræ præmortuorum, Glos. *in l.cum ita §. in fideicom. ff. de legat. 2.* quia repræsentatio certat quando ut in casu filii hæredes instituti sunt propriis expressis nomi-
10 nibus, & reciprocæ substitutioni ut per *text. in l. qui plures ff.de vulgar.* tenent Mantic. *de conjecti.lib.8.tit.9.n.5.* Curt. Jun. *cons.57.n.9.* Rota *dec.1281.n.1.coram Seraph. dec.48.2. n.3.p.4.divers.119.n.7.& dec.614.n.1.coram Cerro dec. 124. n.9.p.13.& dec.118.n.11.vers.ulterius & n.14.p.17.*

Sicuti etiam ex vi vulgaris anomalæ contentæ in compendiosa fratres de Senapis capere non possunt eam portionem quam habuisset eorum mater si viveret quia id procederet si ipsi vocati reperirentur in tota, & integra hęreditate quo Casu mortua eorum matre admitterentur ad portiones Avunculi & materteræ, dum autem in conditio-ne positi reperiuntur limitatè vocati ad portionem propriæ matris inde fit ut caducato gradu substitutionis factæ Avunculo, & materteræ ob prædecessum matris non pos-
11 sint DD. fratres de Senapis, qui non sunt vocati ad portionem avunculorum subintrare per vulgarem anomalam gradum matris caducatum capiendo proprio nomine eam portionem quam eorum mater habuisset si non prædecessisset, Gabr. *cons.2.n.16.l.2.* Rota *dec.1479. n.3.cor. Seraph. dec.1274.n.5.& seq.cor.Peutinger.& dec.124.n.6.& 7.p.13.*

Authoritates verò in contrarium allegatæ non urgent quia in nonnullis tam Pater quàm filii vocati erant in tota
12 hæreditate, & erat Casus *dec.332.& 403.p.2.rec.* in aliis concurrebant efficacissimæ conjecturæ contemplationis agnationis & digressus ad plures gradus substitutionum ex quibus consistit voluatatem fideicommittentium fuisse ut
13 filii in locum patrum subingrederentur ut sunt *dec.273.& 300.par.1.rec.*

Quemadmodum vis fieri non potest in eo quod saltem per viam transmissionis fratres de Senapis vivere possint quia agitur de fideicommisso conditionali quod regulariter cessantibus Conjecturis non transmittitur etiam ad filios
14 quando Pater decessit pendente conditione Glos. est literalis, & communiter recepta *in l.1.verb.de relictis C.de his qui ante apertas tabulas*, & Barth. *in l.si hæredes mei §.cum ita ff. ad Senatus Consult. Treb. & in terminis statuti urbis*, Gabr. *cons.91.n.6.& 7.lib.2.* Rota *decis.1479. nu.5.coram Seraph. dec.119.n.10.cum seqq.coram Cerro dec.124. n.10. par.13.*

Et sanè deficiunt Conjecturæ cum contemplatio Agnationis & digressus ad plures gradus substitutionum non adsint in hoc casu, ut probatum est; istis autem deficientibus exteræ quæ cumulari possunt remanent inefficaces, & nullius consideratione pro inducenda transmissione etiam in fideicommisso ascendentis, Rota *dec.1014.n.3.cum seqq.* 15
& signanter n.5.coram Seraph.dec.389. n.7 coram Rosas dec. 614.n.9.coram Cerro cum ibi allegatis, & semper pro transmissionis exclusione vehemens est Conjectura quòd Te-16
stator suos filios vocavit propriis expressis nominibus, ut *in dicta dec.614.n.10. coram Cerro.*

Quæ deducebantur circa detractionem legitimę, & Trebellianicæ debitarum, præfatis Thomæ & Angele Theresię quas sibi deberi prætendunt fratres prædictorum Thomæ & Angelæ, Dd. censuerunt quod detur particulare dubiũ super illorũ competentia præfatis fratribus de Senapis.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Romana Bonorum.

Lunæ 20. Aprilis 1693.

ARGUMENTUM.

Etiam si filii in conditione positi quatenus censerentur dispositivè vocati non succedant in portione Patrui nihilominus limitatur si concurrant conjecturæ ex quibus decisione eorum admittitur successio.

SUMMARIUM.

1 *Filii in conditione positi censentur vocati etiam ad portionem Patrui si non obstante Statuto ex quo cavetur quod censeantur dispositivè vocati illos expressè vocare voluisset & n.2.*
3 *Ex vocatione filiorum in conditione positorum in portione Patrui eveniente casu delicti vel alienationis desumitur voluntas eos vocandi etiam in casu obitus.*
4 *Illorum vocatio in portione Patrui desumitur quoque ex prohibitione Trebellianicæ.*
5 *Pro vocatione filiorum in conditione positorum in portione Patrui si non concurrat vel contemplatio agnationis vel digressus ad plures gradus illę conjecturæ non sufficiit.*
6 *Limita si non dubitetur de illorum dispositiva vocatione.*

DECISIO LV.

HIeronymus Senior de Verasiis instituit Hæredes quatuor, quos habebat filios masculos, ne mpè Franciscũ, Jo. Petrum, Marcum Antonium, & Diomedem pro æquali portione, quos invicem reciprocè substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, casu quo aliquis eorum sine filiis legitimis, & naturalibus moreretur, addita postea declaratione, quod licet ipse sciret, quod per Statuta Urbis filii in conditione positi censeantur vocati. Nihilominus ad majorem cauthelam illos expressè vocavit, prohibendo etiam prædictis hæredibus à se institutis, & aliis vocatis quamcumq; Trebellianicæ detractionem, & bonorum stabilium alienationem, venditionem, distractionem, hypothecationem, & pignorationem alienationis vocabulo etiam latissimè sumpto, & in casu alienationis, venditionis &c. voluit non solum, quod alienatio, venditio, & hypothecatio esset nulla, sed, quod illa bona alienata, oppignorata, & hypothecata devolvantur ad illos cohæredes, & alios, ut supra vocatos, qui in alienatione, vel hypothecatione non consenserint, & in casu delicti, propter quod bona publicarentur, voluit bona statim secuto delicto, devolvi ad alios, ut supra vocatos superstites, qui non deliquerunt.

Ex quatuor filiis Hieronymi Testatoris facto cessit Jo. Petrus relictis R.P.D. Pompeo, & Hieronymo Juniore superstite, adhuc R.P.D. Diomede filio, ut dictum est Testatoris, & fratre respectivè D. Joan. Petri, qui Diomedes cum objisset multo ære alieno gravatus, & præsertim obligatione relevandi indemnem q. Horatiũ Falconerium in censu

scutorum quinque millium sortis principalis imposito favore Electæ Mariæ, & Mariæ Angelicæ sororum de Henriquez Monialium Sanctissimæ Annunciationis Savonæ, & post earum obitum favore Archiconfraternitatis Sanctissimæ Resurrectionis erectæ in Ecclesia Sanctorum Jacobi, & Idelfonsi nationis Hispanorum, pro quo censu dicta Archiconfraternitas obtinuit usque de anno 1659. mandatum contra bona hæreditaria dicti Diomedis, quod ne exequeretur contra bona provenientia à Hieronymo seniori obventa in partem dicto Diomedi, & possessa ab eisdem Hieronymo Juniore, & Pompeo, isti deduxerunt per obitum D. Diomedis purificatum fuisse ad eorum favorem fideicommissum à dicto Hieronymo Seniore ordinatum, & ob id præfata bona esse immunia à debitis contractis per supradictum Diomedem, Quo verò ad bona libera ab illo relicta competere ipsismet retentionem, vel ex causa reintegrationis dicti fideicommissi, vel ex causa ingentis pecuniarium summæ ab eis persolutæ pro extinctione æris alieni contracti à Diomede anteriori credito D. Horatii Falconerii,

Super quibus A. C. pronunciavit constare de fideicommisso favore dictorum Hieronymi Junioris, & Pompei, eisque adjudicanda bona Hieronymi senioris fideicommittentis in partem obventa D. Diomedi. In reliquis sibi reservando cognitionem super redditione rationis bonorum liberorum ejusdem Diomedis, & retentione pro debitis ejusdem solutis à DD. Hieronymo Juniore, & Pompeo. Devoluta autem per appellationem Causa ad Rotam, eaque prosecuta per Paulum Franciscum filium, & hæredem d.q. Horatii creditoris contra Priorem Varesium, litisque consortes habentes Causam à sepè dictis Pompeo, & Hieronymo Juniore de quo hodie dubium -- *An constet de fideicommisso, quæ Bona sint separanda, & super quibus possit fieri executio, super quo DD. responderunt* -- constare de fideicommisso, & in reliquis dilata, & eligatur Peritus.

Decidendi ratio pro vocatione Pompei, & Hieronymi Junioris, filiorum Joanni Petri ad portionem Diomedis Patrui desumebatur, ex quo Testator non contentus posuisse in conditione filios hæredum institutorum: Ulteriùs progressus fuit eos expressè vocando ibi -- *filii filiorum, quos in conditione posuit sint expressè vocati*, & quod plus est hoc dixit in ea parte, in qua reciprocam substitutionem favore hæredum institutorum ordinaverat, quo stante filii filiorum institutorum vocati sunt, nedum ad portionem proprii parentis, verum etiam ad portionem Pa-
1 truorum sine filiis defunctorum, Fusar. *de substitut. q.440. n.* 18. Peregrin. *cons.* 151. *lib.* 5. *n.* 7. Rota *dec.* 171. *n.* 23. & 24. *par.* 12. cum si Testator filios filiorum institutorum voluisset vocare ad portionem parentis tantùm satis fuisset eos in conditione posuisse in Testamento condito in Urbe ubi viget statutum Testatoris cognitum, uti ipse declarat in suo Testamento dicens ibi, *Quod, licet ipse sciat, quod per Statutum Urbis filii in conditione positi censeantur vocati*, undè, dum ulterius progressus fuit non contentus filios filiorum in conditione posuisse: sed eos expressè vocavit post reciprocam substitutionem hæredum institutorum, in-
2 dè datur intelligi, quod voluerit filios filiorum frui debere eadem reciproca substitutione, si Patrui sine filiis decederent, quam ordinaverat, si primo hæredes instituti decederent sine filiis.

Quod clarius colligebatur, ex prohibitione alienationis concepta nimis effrænatis verbis ibi -- *Prohibuit dd. Hæredibus, & aliis vocatis, ut supra quamcumque Bonorum stabilium alienationem, alienationis vocabulo largissimè sumpto, & in eventum alienationis Bona eo ipso devolvantur ad alios Cohæredes, & alios, ut suprà vocatos*, quod idem repetiit in casu quo aliquis ex hæredibus, & aliis, ut supra vocatis committeret delictum, in quem casum voluit, quod illa Bona devolvantur *ad alios, ut supra vocatos*: ex quibus, sicuti in casu alienationis, & delicti Testator voluit, quod Bona devolverentur ad filios filiorum hæredum Institutorum per illa verba adjecta ibi - *Ad alios Cohæredes, & alios, ut supra vocatos*, quæ verba, *& alios ut supra vocatos*, cum verificari non possint, nisi in nepotibus exinde non obscurum elicitur argumentum, quod idem voluerit Testator servandum in casu mortis Patruorum sine filiis ex deductis per Rotam *apud Cons. Giovagn.* 75. *n.* 71. *lib.* 1. & *dec.* 136. *num.* 3. & *seq. par.* 8. *dec.* 862. *num.* 4. & 5. *coram Dunozett. Iun.*

Juncta præsertim prohibitione Trebellianicæ facta non solùm filiis primis hæredibus institutis, sed etiam omnibus aliis vocatis, ex quo dicen. venit quod filii dd. filiorum sint 3
substituti in tota hæreditate quemadmodum in ea instituti, & reciprocè substituti sunt filii primi hæredis, & consequenter stante hac prohibitione filii dd. filiorum censeantur vocati ad portionem tam Parentum, quàm Patruorum, aliàs non verificaretur substitutio in tota hæreditate, sed esset solum in quota, ut observant Fusar. *de substit. quest.* 4
441. *n.* 55. & *cons.* 145. *n.* 21. Rota *dec.* 181. *n.* 16. *coram Celso dec.* 355. *n.* 7. *par.* 5. *dec.* 360. *n* 9. *par.* 17.

Nec refert, quod deficiant contemplatio Agnationis, & digressus ad plures gradus substitutionum, sine quibus, vel saltem aliqua istarum conjecturarum non inducitur fideicommissum in portione Patrui *decis.* 381. *nu.* 3. & 26. 5
par. 17. cum ibi allegatis; quia hæc urgerent, si simpliciter filii filiorum institutorum essent positi in conditione, & dubitaretur. An essent vocati ad portionem Patrui. Cum autem in præsenti casu filii filiorum institutorum non sint simpliciter positi in conditione, sed expressè vocati. Et quidem post reciprocam ordinatam inter filios primos hæredes, ut dictum est, inde non est curandum de defectu supraditarum conjecturarum, sed stante præfata expressa vocatione reputandi sunt vocati etiam ad portionem Patrui juxta deducta in *decis.* 171. *n.* 22. & *seq. p.* 12. 6
Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Romana Bonor. seu Fideicommissi.

Lunæ 28. *Februarii* 1695.

ARGUMENTUM.

Cum ex conjecturis Filii in conditione positi censeantur vocati etiam ad portionem Patrui, ideoque ad dignoscendum quænam conjecturæ peragare possint, fore distinguendum putavit *Card. de Luca de fideicomm. Disc. LXXVII.* inter casum quo conjecturæ deberent inservire tam pro probanda filiorum vocatione, quàm pro illa protrahenda in portione Patrui, & casu quo non dubitetur de dispositiva vocatione sed tantum an dicantur vocati in portione Patrui: ut scil eet primo casu efficaciores exigantur conjecturæ quam in secundo; numerus & pondus conjecturarum quod non recipiant ad d. effectum certos ac determinatos limites sed potestas id judicandi tota refideat in prudentis Judicis arbitrio, idem Auctor in *Disc. CCXXII.* affirmavit; has autem binas sententias Rota in istis duabus quæ subsequuntur decisionibus laudat & sequitur, & illis inhærendo decidit quod etiamsi aliqui crediderint quod absque digressu ad plures gradus vel contemplatione agnationis non detur vocatio in portione Patrui, attamen contrarium esse verius quoties aliæ concurrant conjecturæ quę equivalentes possint reputari.

SUMMARIUM.

1 *Filii in conditione positi dicuntur vocati etiam in portione Patrui si post reciprocam factam inter primos immediate è fuerint expressè vocati licet potuisset sufficere Statutum disponens quod filii in conditione positi censeantur vocati.*

2 *Id es magis admittendum si ipsos Testator vocaverit in casu alienationis vel delicti & n.* 4.

3 *Filii in conditione positi dicuntur vocati in portione Patrui si prohibita sit detractio Trebellianicæ.*

5 *Filii in conditione positi non dicuntur vocati in portione Patrui si non concurrat digressus ad plures gradus vel contemplatio agnationis.*

6 *Contrarium est verius.*

7 *Facilius inducitur vocatio filiorum in portione Patrui si agatur de Descendentibus Testatoris.*

8 *Si non dubitetur de expressa vocatione filiorum in conditione positorum non exigitur per necesse digressus ad plures gradus, vel contemplatio agnationis pro extendenda vocatione ad portionem Patrui.*

9 *Pro illorum vocatione multum confert reciproca inter primos, clausula vulgariter, pupillariter & per fideicommissum, & exclusio propriæ Filiæ.*

DECISIO LVII.

Decisio coram Me edita sub die 20. Aprilis 1693. qua dictum fuit constare de fideicommisso Hieronymi senioris de Varesiis purificato in favorem R. P. D Pompei, & Hieronymi junioris de Varesiis non solùm quoad portionem Bonorum fideicommissariorum obventam Joanni Petro eorum Patri, sed etiam respectu portionis obventæ R.P.D. Diomedi Varesio eorum Patruo, confirmationem hodierno die meruit, atque ideò iterùm censuerunt DD. quod mortuo dicto Diomede, super Bonis per ipsum possessis, & provenientibus à dicto Hieronymo fideicommittente Paulus Franciscus Falconerius jura virtute sui crediti experiri non valeat.

Etenim vocatio præfatorum Pompei, & Hieronymi junioris ad portionem dicti Diomedis Patrui apparuit ex eo, quod postquam Hieronymus senior, & Testator instituerat quatuor ejus filios æqualibus portionibus, eos invicem substituendo, si quis ipsorum moriatur sine filiis legitimis, & naturalibus subdit, quod, licèt sciat per Statuta Urbis filios in conditione positos censeri vocatos, expressè tamen voluit, quòd filii filiorum, quos in conditione posuerat, essent vocati ad fideicommissum à se ordinatum: Cùm itaque in præsenti adsit vocatio filiorum in conditione positorum per expressam dispositionem, & quidem factam immediatè post reciprocam substitutionem favore hæredum institutorum ord natam, exindè convincitur, ut etiam vocati censeantur ad portionem Patruorum, cùm ut vocati censerentur ad portionem proprii parentis satis fuisset eos posuisse in conditione, attento *Statuto Urbis lib.* 1. *cap.* 42. aliàs hæc expressa vocatio filiorum in conditione positorum remaneret superflua, ut ex Fusar. *de sub-*
1 *stitut. q.* 440. *n.* 18. Rota *dec.* 171. *nu.* 23. & 24. *p.* 12 dictum fuit in decisione, quæ revidetur §. *Decidendi ratio*

Idque manifestiùs apparere visum est ex prohibitione alienationis concepta verbis nimis amplis ibi - *prohibuit dictis Hæredibus, & aliis vocatis ut supra quamcumq; bonorum stabilium alienationem, & bona alienata eo ipso devolvantur ad alios Cohæredes, & alios, ut supra vocatos*; Idem repetendo in casu, quo aliquis ex Hæredibus, & aliis, ut supra vocatis committeret delictum, mando, quòd hoc casu, *Bona devolvantur ad alios, ut supra vocatos* ibi *Talia Bona eò ipso devolvi ad alios Cohæredes, & alios, ut suprà vocatos*: Ex quibus, sicuti in casu, quo Patruus alienet, vel delinquat, ejus Bona devolvuntur ad alios Cohæredes, & alios supra vocatos, & sic etiam ad nepotes, hoc est filios filiorum hæredum institutorum ex efficacia dd. verborum, *& alios, ut supra vocatos*, quæ necessariò referri debent ad filios dictorum filiorum, cùm alios non vocaverit expressè Te-
2 stator, nisi filios suos, & istorum filios; ita etiam exinde efficax deducitur argumentum, quod eosdem nepotes voluerit Testator vocare ad portionem Patrui in casum mortis istius sine filiis, ex traditis per Rotam *apud Giovagnon. cons.* 75. *nu.* 71. *lib.* 1. *dec.* 862. *nu.* 4. & 5. *coram Dunoz. Jun.* & *dec.* 136. *n.* 3 & *seq. par.* 8. *rec.*

Tum etiam ex prohibitione detractionis Trebellianicæ injuncta non solùm filiis primis hæredibus institutis, verùm etiam omnibus aliis vocatis ibi - *Prohibuit dictis hæredibus, & aliis vocatis ut supra quamvis Trebellianicæ detractionem*, quod indicat filios dictorum filiorum substitutos esse in tota hæreditate eo modo, quò in ea filii primi hæredes instituti, & reciprocè substituti fuerunt, atque ideò ex hac prohibitione censeantur filii filiorum vocati
3 tam ad portionem parentum, quam patruorum, dum aliàs substitutio illorum non verificaretur in tota hæreditate, sed tantùm in quota, ex deductis per Fusar. *de substitut. q.* 441. *n.* 55. & *cons.* 145. *nu.* 21. Rota *dec.* 361. *nu.* 9. *parte decimaseptima*, cum aliis *in decis. quæ revidetur* §. *Juncta præsertim*.

In nihilo refragante, quod ex vocatione in casu alienationis, & delicti inferri nequeat ad fideicommissum restitutorum in casu mortis, quia id procederet, si ageretur de inducendo novo fideicommisso, seù extendendo de uno casu ad alium, de quo in præcedenti substitutione nulla habita fuerit mentio; non autem, quando, ut in casu agitur de declaranda voluntate Testatoris: An nempè nepotes, quos posuit in conditione, & expressè illos vocavit, vocati censeantur, nedum ad portionem Patris, sed etiam Patrui. Tunc enim, cùm non agatur de extendenda vocatione, sed de interpretanda voluntate, ad quam scilicet portionem referri debeat eorum vocatio, sufficiens desumitur argumentum vocandi nepotes ad portionem patrui in casu mortis ipsius sine filiis ex vocatione expressa eorundem nepotum in casu alienationis, & delicti, Rusticus *de filiis in conditione positis lib.* 1. *c.ap.* 9. *nu.* 1. *cum tribus seqq.* Card. de Luca *de fideicomm. disc.* 54. *n.* 10. & *in Summa de fideicomm. num.* 112. Rota *dec.* 605. *nu.* 13. & *seqq. coram Bichio dec.* 269. *n.* 11. *par.* 15.

Prout non obstat, quod in præsenti casu non concurrant digressus ad plures gradus substitutionum, & conservatio agnat onis, sine quibus conjecturis, vel saltem aliqua earum, cæteræ conjecturæ reputari soleant inutiles, & inefficaces ad inducendam vocationem filiorum in conditione positorum ad portionem Patrui, ut plenè Rocca *disp. Juris tom.* 1. *cap.* 18. *n.* 5. Rota *decis.* 124. *per totam, & signanter n.* 4. & *seq. par.* 13. *dec.* 481. *n.* 3. & 26. *p.r.* 18. *cum ibi allegatis*, quia, ut inducatur ex conjecturis vocatio filiorum in con-
6 ditione positorum ad portionem patrui, non est de jure, nec ex mente Doctorum præfixus certus conjecturarum numerus, vel qualitas, sed quantæ, & quales esse debeant repositum est in arbitrium Judicis, cùm satis sit tales conjecturas concurrere, quibus consideratis, animus Judicis moveatur ad credendum Testatorem voluisse filios filiorum vocare etiam ad portionem patrui, ut advertit Rota *dec.* 501. *n.* 3 *coram Dunozett. Jun.* & *dec.* 617. *nu.* 5. *cum tribus seq. par.* 18. & in specie de vocatione nepotum ad portionem patrui etiam deficientibus dictis duabus conjecturis digressus, nempè ad plures gradus substitutionum, & conservationis agnationis dixit Rot. *dec.* 474. *n.* 6 & *seq. par.* 13. Præmaximè quia versamur in descendentibus à Testatore, in quibus ad assequendam portionem patrui sine filiis 7
prædefuncti leviores conjecturæ suffragantur, Giovagnon. *cons.* 81. *n.* 7. Rota *dec.* 337. *n. final. coram Gregorio d. dec.* 465. *n.* 7. & *dec.* 617. *n.* 8 *par.* 18.

Ultrà quod placuit DD. responsio deducta in decisione quæ revidetur §. *finali*, scilicet, quod defectus contemplationis agnationis, & digressus ad plures gradus substitutionum, tunc urgeret, si versaremur in casu, quo filii filiorum simpliciter essent positi in conditione, & dubitaretur: An vocati essent ad portionem patrui, in quibus terminis urgentes requiruntur conjecturæ, & nisi concurrat saltem aliqua prædictarum duarum, cæteræ inefficaces sunt; non autem quando, ut in casu non contentus Testator posuisse filios in conditione, eos expressè vocavit, & quidem immediatè post reciprocam ordinatam inter filios primos hæredes institutos, quo fit, ut stante hac expressa vocatione, 8
vocati censeri debeant ad portionem patrui, quamvis deficiant supradictæ conjecturæ, si tamen aliæ concurrant, & si non ita efficaces, Card. de Luca *de fideicomm. disc.* 77. *n.* 6. & *in Summ. n.* 100. Rota *dec.* 171. *n.* 22. & *seqq. par.* 2.

Atque hinc stante expressa vocatione filiorum ex filiis primis hæredibus institutis in ea parte, qua sunt positi in conditione, & concurrente eorum vocatione ad portionem patrui in casu delicti, & alienationis, & juncta prohibitione Trebellianicæ. Et quia versamur in descendentibus à Testatore non parvi faciendas esse censuerunt DD. nonnullas alias conjecturas ponderatas in præsenti propositione desumptas: Tum ex substitutione reciproca inter filios Testatoris primos hæredes. Tum ex clausula *vul-* 9
gariter, pupillariter, & per fideicommissum adjecta à Testatore, in casu quo unus ex suis filiis hæredibus institutis decederet sine filiis, cui superviventem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. Tum ab exclusione Liviæ propriæ filiæ, quæ conjecturæ, licèt singilatim consideratæ non sint approbatæ, tamen simul junctæ, ut in hac materia conjecturali fieri debet, Rota *dec.* 605. *n.* 24. *coram Bichio*, & *dec.* 481. *n.* 23. & *dec.* 690. *n.* 15. *p.* 18. & concurrentibus aliis supra ponderatis suadent vocationem nepotum etiam ad portionem patrui.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Romana Fideicommissi de Varesiis.

Argumento non indiget cum sit adnotatum in præcedenti.

SUMMARIUM.

1 *Filii in conditione positi ex statuto Urbis censentur dispositivè vocati.*
2 *Dicuntur tamen vocati ad portionem Patris non Patrui.*
3 *Limitatur quoties accedant conjecturæ in contrarium.*
4 *Efficaciores exiguntur conjecturæ ad inducendam vocationem filiorum in portione Patrui quàm ad arguendam illorum vocationem in portione Patris.*
Adeò ut absque digressu ad plures gradus, vel agnationis contemplatione aliæ conjecturæ inefficaces semper fuerint reputatæ.
5 *Declara ut dd. duæ conjecturæ quidem reputentur efficaciores, non tamen exindè evenitut absq; illis non desumatur voluntas Testatoris si aliæ concurrant n. 6. & 7.*
8 *Vocatio Filiorum in conditione positorum potest argui ex reciproca inter primos hæredes, quæ licet de per se non sufficiat, juncta cum aliis est relevans.*
9 *Hæc conjectura fortior reputatur si filii legantur positi in conditione immediatè post reciprocam.*
10 *Filii in conditione positi censentur vocati etiam ad positionem Patrui si post reciprocam inter primos fuerint dispositivè vocati, licet adsit statutum mandans quod filii in conditione positi dicantur vocati.*
11 *Amplia licet Testator professus fuit ad expressam vocationem devenire per majori cautela.*
12 *Dicuntur pariter vocati si illos Testator substituerit in casu alienationis vel delicti, amplia ut n. 18.*
13 *Nulla potest dari efficax conjectura ad suadendam vocationem nepotum in portione Patrui in casu obitus quam ea quæ desumitur ex eorundem vocatione in alia parte Testamenti.*
14 *Voluntas Testatoris imaginariis discursibus subverti non debet.*
15 *Reciproca inter filios in conditione positos & Patruum elicitur ex prohibitione ipsis filiis facta absque eo quod reperiatur datus substitutus in casu contraventionis.*
16 *Optima est illatio sicuti Nepote alienante superstite Patruo iste est substitutus, ita Patruo alienante superstite nepos in eius portione est vocatus.*
17 *Est inverisimile quod Testator voluerit Bona alienantis vel delinquentis pervenire potius ad extraneos & ad fiscum quam ad nepotes quos prædilexit.*
19 *Trebellianica non prohibetur nisi iis quæ sunt vocati.*
20 *Ex prohibitione Trebellianicæ inducitur vocatio filios in conditione positorum in portione Patrui.*
21 *Etiamsi prohibitio sit inefficax.*
22 *Clausula* - vulgariter, pupillariter & per fideicommissum - *confert pro desumenda vocatione filiorum in conditione positorum in portione Patrui.*
22 *Prout etiam qualitas masculinitatis.*
23 *Leviores exiguntur conjecturæ ad assequendam portionem Patrui si agatur de descendentibus Testatoris.*
24 *Prout etiam si conjecturæ proponantur tantùm pro habenda dispositione ad vocationem in positione Patrui, ut qua filii in conditione positi appareant dispositive.*

DECISIO LVIII.

RESpondit Rota in duabus Decisionibus editis coram Me die 20. Aprilis 1693. & 28. Februarii 1695. R.P.D. Pompejum, necnon Hieronymum germanos fratres de Varesiis vocatos fuisse ad fideicommissum institutum anno 1590. ab Hieronymo seniore de Varesiis, tam quoad portionem bonorum fideicommissariorum obventam Joanni Petro ipsorum Patri, quàm etiam respectu portionis R.P.D. Diomedis eorundem Patrui, itaut Paulus Franciscus Falconerius experiri nequeat super dictis bonis sua juro pro debito olim per memoratum Diomedem contracto; Quarum resolutionum fundamenta, cùm die 11. Junii præteriti ad trutinam revocarim, dilata resolutione, demandatum fuit, ut controversia exemplarem continens articulum, iterùm & per omnes Patres examinanda proponeretur. Quamobrem exquisito in hodierna Audientia omnium suffragio *An sit standum, vel recedendum à decisis?* Persistendum esse responsum fuit.

Quandoquidem, cùm vocatio prædictorum fratrum ad portionem Joannis Petri eorum Patris non revocetur in dubium; Tum quia uti positi in conditione ex *Statuto Urbis lib. 1. cap. 142.* censentur dispositivè vocati: Tum pariter, quia fideicommittens minimè contentus de hac tacita Statutaria vocatione, declaravit Nepotes in conditione positos intelligi expressè vocatos: Hinc propterea totum difficultatis momentum versatur: An sint etiam vocati in portione Diomedis Patrui, circa quam, licèt filiis positis in conditione, & dispositivè vocatis obstet regula, & intelligantur solummodò invitati ad portionem relictam Patri, cujus respectu fuerunt positi in conditione, non autem quoad portionem Patrui post obitum Patris defuncti, ad Text. *in l. Hæredes mei §. Verum ita ff. ad Trebell.* Gabriel. *cons. 2. nu. 6. lib. 2.* Gratian. *discept. 66. n. 2.* pluribus congestis Rocca *disput. Jur. select. c. 18. num. 1. & 2.* Rota *coram clar. mem. Card. Cerro decis. 618. num. 3. & coram sa: me: Alexandro VIII. decis. 28. nu. 7.*

Ab hujusmodi tamen regula communiter receditur, ex conjecturis suadentibus diversam Testatoris voluntatem, ex quibus pateat, quod filii positi in conditione nedum dicantur vocati ad portionem Patris, sed etiam Patrui, ex traditis per Ruinum *cons. 139. lib. 3.* Giovagnon. *cons. 79. nu. 35. & cons. 81. ferè per tot.* Marcian. *disp. 48. nu. 6. lib. 1.* Card. de Luca *discur. 77. nu. 5. de fideicomm.* Rocca *d. c. 18. num. 4.* Rota *decis. 54. num. 201. par. 8. & 241. num. 4. par. 9. coram Bichio decis. 17. num. 21. & coram Alexandr. VIII. dec. 1. num. 22.*

Et quamvis ad inducendam hanc tacitam vocationem filiorum in portionem Patrui requirantur conjecturæ, & argumenta magis valida, & urgentia, quàm ad arguendum fideicommissum in portione paterna, adeòut plures hoc Sacrum Tribunal deficientibus illis duabus solidissimis, vel earum altera, digressus videlicet ad plures substitutionum gradus, & contemplationis Agnationis, reliquas in plerisque casibus concurrentes rejecerit, non semel generaliter ponderando alias conjecturas, exclusis duabus mox relatis, frigescere, ac minoris operationis reputari, ut patet *ex decis. 145. num. 1. 3. & 34. coram Card. Celso decis. 342. n. 1. & seqq. coram Bichio, & dec. 258. n. 3. coram Peutingerio decis. 119. n. 4. coram Card. Cerro, & in recent. dec. 276. nu. 3. & dec. 481. par. 18.* Ubi citantur aliæ concordantes hodiè cumulatæ à defensoribus Falconerii.

Exindè tamen dicebant Domini erui quidem posse generalem propositionem, quod inter aliàs conjecturas, quæ ut plurimum in hanc Causam adduci soleant, Sacra Rota tanquàm potentiores, firmiores, magisque efficaces perpendere consueverit, digressum ad plures gradus substitutionum, & contemplationem Agnationis, utpotè, quæ præ ceteris manifestius produnt voluntatem Testatoris non esse inducendi fideicommissum ad portionem Patris tantùm, sed etiam Patrui.

Non tamen rectè educi aliam regulam, quam Informantes pro Falconeriis in hodierna propositione pro faciliori recessu à Decisis suadere conabantur, quod nempè juxtà sensum Tribunalis, ubi signanter agitur de inducendo fideicommisso in portione Patrui, sit præcisè, ac taxativè necessarius, vel copulativus, aut saltem alternativus concursus præfatarum duarum conjecturarum, quasi quod illis exulantibus, aliæ æquè efficaces adinveniri nequeant, &, quando istæ non sufficiant ad convincendam vocationem in portione Patrui. Talis quippè restrictio, & Taxatio per modum Thesis generalis in nulla ex antedictis decisionibus legitur firmata. Quin verò appositum clarissimè depromitur ex alio generico principio in subjecta materia per Rotam ante particulare conjecturarum examen præmitti solito, quod in hac re certa, & determinata regula tradi nequeat, sed quot, & quales esse debeant conjecturæ relinquitur arbitrio Judicis, cujus est pro singulorum casuum diversitate cunctas peculiares facti circumstantias enucleare, usque ad assequendam probabiliorem Testatoris voluntatem, aut pro vocatione filiorum in portione Patrui, aut pro illorum exclusione; absque eo, quod restringatur ipsius Judicium ad certam verborum, seu conjecturarum formulam, cum mens Testatoris quomodocumque adepta in ejusdemodi controversiis totum faciat, ac dominetur, ut in his termi-

terminis notavit Rota *dicis. 329. num. 11. coram Gregorio decis. 258. num. 13. in fine coram Peutingero, coram Bichio decis. 605. num. 24. & 25: coram Amato Dunozett. decis. 501. num. 3.*

Et omissis generalibus, quod juxtà mentem Rotæ non sit restrictivè necessarius copulativus concursus dictarum duarum conjecturarum, sed sufficiat aliter quomodocumque constare de voluntate Testatoris solemniter responsum fuit *in Ravennaten. Fideicommissi 10. Januarii 1676. coram Reverendissimo meo Decano, quæ est dec. 617. p. 18. to. 2. à n. 2. ad n. 8.* ubi notatur, quod nec à Jure, neque à DD. præfixus sit certus conjecturarum numerus; Et quidem Jure optimo, dùm omnes DD. formiter, ac latiori calamo hanc quæstionem pertractantes, tametsi ubi devenisunt ad examen conjecturarum, mirum in modum se torqueant perquirendo, quænam sint magis probabiles, & efficaces, & variè unusquisque pro suo sensu, modo has, modo illas interpretetur: verumtamen in hoc uno tandem conveniunt, quod earum quantitas, & pondus non recipiant certos, ac determinatos limites, sed potestas Judicandi tota residet in æstimatione, & prudentis Judicis arbitrio, *Ita Soccin. in l. cum Avus de condit. & demonstrat. in fine*, Curt. Jun. *cons. 43. num. 7. & cons. 113. num. 5.* Soccin. Jun. *cons. 158. num 73. vol. secundo* Ruin. *cons. 108. num. 11. & cons. 111. lib. secundo* Rust. *de fil. in condit. posit lib. 2. cap. 1. num. 7.* Petra *de fideic. q. 190. num. 190. vers. Ego puto*, Fusar. *de substit. quæst. 440. num. 11.* Clar. *in §. Testamentum quæst. 79. in fine*, Menoch. *de arbitr. casu 148.* Honded. *cons 65. num. 44. lib. 1.* optimè Giovagnon. *cons. 79. num. 91. cum seqq.* Capyc. Latro *dec. 1. n. 35.* Thesaur. *decis. 95. num. 9.* Surd. *decis. 162.* Viv. *decis. 393.* Paitell. *de ult. volunt. decis. 2. num. 733.* Card. de Luca *de fideicom. disc. 220. à num. 2. ad num. 7.*

His sic præhabitis rassumpto examine Testamentariæ dispositionis dicti Hieronymi Sen. de Varesiis juxtà omnes illius partes plures consideraruntDD. conjecturas, quæ simul sumptæ eos cogerunt ad affirmandum constare de fideicommisso favore prænominatorum fratrum de Varesiis in portione Diomedis Patrui, Quorum prima ducta fuit ex reciproca ordinaria inter filios Testatoris primos Hæredes institutos, quam solam, etsi Rota discusso articulo *in Romana Fideicommissi de Ferrattinis 15. Junii 1648. coram Ghislerio impressa post cons. 58. lib. 1. Redenaschi* declaraverit non sufficere ad inducendam vocationem favore filiorum quoad portionem Patrui, nihilominus juncta cum aliis conjecturis fuit semper habita pro relevanti, ut admittitur *in eadem Romana de Ferrattinis*, & expressè habetur *in dec. 266. nu. 4. par. 1. recent. decis. 332. & 403. p. 2. recent. decis. 474. n. 6. p. 13.* ubi quod sit urgentissima conjectura *dec. 337. nu. 93. & seqq. coram Ludovis. & coram Alex. VIII. dec. 1. n. 23.*

Efficacior autem, ac magni ponderis visa est Dominis in præsenti ex geminis peculiaribus facti circumstantiis, quarum altera est, quod filii leguntur positi in conditione immediatè post dictam, quin potiùs in ventre ipsiusmet reciprocæ, ibi - *Quos invicem substituis vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, casu quo aliquis sine filiis legitimis, & naturalibus moreretur.* Ex qua continuatione, & conjunctione faciliùs inducitur repetitio reciprocæ inter primos hæredes positæ ad sequentes vocatos, Menoch. *lib. 4. præsumpt. 62. num. 39.* benè Soccin. Jun. *cons. 78. n. 23. lib. 3.* Peregrin. *consil. 151. num. 21. vers. si ubi arguit*, Rota *decis. 306. num. quarto cum seqq. par. 12.* & in his terminis *decis. 287. num. 19. par. 4. tom. 2. recent. & decis. 1. num. 25. coram Alex. VIII.*

Fortiùs stringit alia circumstantia, quod post ordinatam eandem reciprocam, statim disposuit Testator, quod filii filiorum, quos in conditione posuerat, sint expressè vocati, ibi - *Et quamvis ipse Testator sciat, quod per Statuta Urbis filii in conditione positi censeantur vocati, nihilominus ad majorem cautelam expressè voluit, quod prædicti filii filiorum, quos in conditione posuit, sint vocati;* Quæ vocatio sic mysteriosè facta in ea parte Testamenti, in qua fuit ordinata reciproca favore primorum hæredum Institutorum, admodum urgens præbet argumentum prædictos filios positos in conditione in dicta reciproca fuisse dispositivè vocatos tam ad portionem Patris, quàm Patrui, perindèque esse videtur, ac si Testator dixisset, *quod substituebat ad invicem hæredes primo Institutos, & eorum filios*, in quibus terminis expeditum est, nepotes comprehensos esse in reciproca, ac per consequens admitti, debere per fideicommissum in portione Patruorum per ea quæ tradunt Fusar. *de substit. q. 440. n. 15.* Peregr. *cons. 151. n. 7. lib. 1.* Palm. Nepos *allegat. 775. n. 49. §. Et in terminis*, Thomat. *dec. 23. num. 22.* Rota *dec. 171. n. 23. & 24. p. 12. rec.* Aliàs dicta expressa filiorum vocatio remaneret superflua cum ut censerentur vocati in portione paterna satis erat eos posuisse in conditione attento Urbis Statuto *in lib. 1. cap. 142.* ut animadvertunt decisiones, quæ revidentur. Prima *in §. Decidendi*, & secunda *in §. Etenim vocatio, & in §. Ultrà quod.*

Non suffragante responsione, quod Testator se habuerit relativè ad dictum Statutum, profitendo devenire ad expressam filiorum vocationem, pro majori cautela: Ideòque per eam non alteratur modus, & dispositio ejusdem Statuti inducentis vocationem filii positi in conditione, ad portionem Patris tantùm, & non Patrui: Placuit namque responsio, quod, ubi etiam dicta vocatio filiorum esset expressio ejus, quod tacitè inerat ex dispositione Statuti, non ideò desinere esse vocationem expressam, & operari aliquod plus, quàm operaretur Statutum, dum istud vocat filios ex interpretata voluntate defuncti, expressa autem vocatio promanat ex certa, absoluta, & declarata voluntate Testatoris, ut benè distinguit Bellon. *de Jure accrescen. cap. 5. q. 25. n. 29. & 42.* Palma Nepos *allegat. 126. num. 14. in fine, & num. 15. & 16.* Quapropter semper urget argumentum, quod si Testator licèt optimè conscius, quod pura, & simplex dispositio Statuti asserebat filiis positis in conditione beneficium vocationis ad portionem Patris, nihilominus ulteriùs progrediendo illos expressè vocavit utique per hanc superadditam expressam vocationem in ea parte Testamenti, in qua fuit apposita reciproca, datur intelligi voluisse eosdem vocare in portionibus Patruorum ex notatis per Rotam *in decis. 41. num. 14. & 15. par. 8. recent.*

Quodque profecto talis fuerit mens Testatoris, ut scilicet filii, quos ordinando reciprocam inter primos hæredes Institutos posuerat in conditione essent etiam vocati ad portionem Patrui visum est dominis explanari, ac apertè comprobari ex secunda urgentissima conjectura prohibitionis alienationis suorum bonorum, factæ tam primis hæredibus Institutis, quàm filiis positis in conditione; Nec non ex altera votitæ confiscationis in casu delicti, addita provisione devolutionis in casu contraventionis, ac delicti ad hæredes, & alios, ut supra vocatos, non alienantes, nec delinquentes; Ex quibus inquam geminis dispositionibus, cum Patruis alienantibus, & delinquentibus fuerint substituti nepotes, & è contrà, alienantibus, & delinquentibus nepotibus fuerint substituti Patrui, convincirur ad evidentiam eisdem Patris mortuis sine filiis substitutos fuisse nepotes, cum nulla assignari valeat ratio discriminis, cur nepotes admittere voluerit, ad portionem Patrui, potiùs in casu alienationis, & delicti, quàm in casu obitus, ad tradita per Ruin. *cons. 160. num. 24. lib. 2.* Honded. *cons. 54. n. 37. vers. sexta Conjectura, & seqq. lib. 2.* Curt. Jun. *cons. 16. n. 17.* Menoch. *præsumpt. 76. nu. 56. & 57. lib. 4.* Rota *coram Gregorio dec. 329. n. 4. & coram Bichio dec. 605. n. 13.* ubi quod nulla potest dari magis efficax Conjectura ad suadendam vocationem Nepotum in portione Patrui, in casu obitus, quàm ea quæ desumitur ex eorundem vocatione in alia parte Testamenti, & comprobant auctoritates deductæ in Decisionibus, quæ revidentur in prima *sub §. Quod clarius* in secunda, *sub §. Idque manifestus.*

Neque obstat, quod dicebatur, prædictas substitutiones ordinatas in casu alienationis, & delicti, intelligendas esse discretivè, videlicet, quod alienante, vel delinquente Patre, succedant ejus filii, si verò contingat Patrium alienare, vel delinquere, illi succedat alius frater superstes.

Nam ejusmodi intelligentia visa fuit repugnare tam verbis Testamenti, quàm rationi, verba enim tam in ea parte, in qua adjicitur gravamen, quàm in illa, in qua defertur emolumentum respiciunt non solùm primos hæredes, sed etiam ipsorum filios - *Prohibuit quippe Testator* (sunt ipsius verba) *dictis Hræbibus, & aliis vocatis, ut supra quamvis ejus Bonorum stabilium alientionem, & venditionem, pignorationem, alienationis vocabulo largissimo modo sumpto.* Ex quibus ocularitER patet præceptum non alienandi fuisse in genere injunctum, æquè filiis primò Institutis, quàm eorum filiis; Illis ex vi verborum *dictis hæredibus*; Iltis ex efficacia sequentium, *& aliis vocatis, ut suprà*, cum suprà post filios primos hæredes appareant tantummodò vocati eorum filii positi in conditione, Eadem verborum formula

usus est Testator in deferendo emolumentum in casu contraven tionibus, ibi - *Et in eventum alienationis, venditionis &c. Bona alienata, vendita &c. eo ipso devolvantur ad alios Cohæredes, & alios, ut suprà vocatos*. Sicque ad filios institutos & eorum filibs, Itaùt contravenientibus Patruis, succederent Nepotes, & viceversa, contravenientibus nepotibus, succederent Patrui, cum itaque attenta proprietate verborum prædictæ dispositiones habeant suam veram, & germanam significationem, ut scilicet comprænendant activè, & passivè Patruos, & Nepotes respectu bonorum, quæ eis obveniunt, non debemus sensum Testatoris clarè
14 expressum imaginariis discursibus subvertere, potissimè non concurrentibus aliis verbis præcisè compellentibus ad intelligendam alio modo mentem Testatoris ut benè observat Episcopus Rocca *cap.106.n.72.& 74.* & dixit Rocca *dec.75.n.13.& dec.265.n.6.& 7.p.5.tom.1.*

Rursùs prædicto discretivo intellectui resistit ratio; Si enim Testator solummodò voluisset, ut in casu contraventionis Patrui, succederent tantùm fratres cohæredes superstites, & alienantibus Patruis, filii tantùm, ad quid eisdem filiis hæredum prohibere alienationem, ac contraveniendo adjicere pœnam privationis, si deindè in casu alienationis ipsis datus non esset substitutus? Hinc propterea, ne hujusmodi incontrovertibilis prohibitio facta nepotibus remaneat frustratoria, omninò dicèdum est, quod
15 ipsis contrafacientibus voluntati Testatoris fuerit substitutus Patruus, ut ferè in his terminis perpendit: Urceol. *controv.8.n.8.& 9.* Insurgitque illatio, quod, sicuti nepote alienante superstite Patruo, iste est litteraliter substitutus, ita Patruo alienante superstite nepote, Nepos in ejus
16 portione est vocatus, ut notat Fusar. *de substitut. qu.* 441. *n.*40. Rota *dec.306.n.18.& 19.par.12.& d.decis.526.nu.12. par.13.recent.*

Ponderando ulteriùs, quod quatenùs prædictæ dispositiones intelligerentur discretivè, sequeretur, quod si unus tantùm superesset ex filiis primis hæredibus Testamentariis, qui filios non haberet, sed tantùm nepotes superstites, potuisset ille bona fideicommissaria alienare, & in casu delicti eadem bona subjacerent confiscationi in perniciem nepotum superstitum, quod esset notabile absurdum, dum mens Testatoris per tales prohibitiones unicè tendebat ad providendum, ne sua hæreditas, superexistentibus filiis, & nepotibus expressè vocatis transiret ad extraneos, & signanter ad fiscum; Essetque contrà omnem verisimilitudinem, quod in defectum cohæredum voluerit Testator Bona alienantis, vel delinquentis sine filiis defuncti pervenire potiùs ad extraneos, & ad fiscum, quàm ad nepotes, quos adeò dilexit, ut illos ponendo in conditione non
17 contentus remanserit de statutaria dispositione, sed expressè vocaverit, Fusar. *de substitut.qu.*475.*nu.*18. & Rot. *post.consultat.Urceol.*80. *nu.*23.

Minusque turbat, quod prohibitio alienationis sit accessoria, & continuativa ad præcedens fideicommissum, quodque ex vocatione in casu alienationis, & delicti inferri nequeat ad fideicommissum restitutorium in casu obitus; quoniam quidquid sit: An verò dicta prohibitio stet de per se, & per modum principalis dispositionis, placuit Dominis responsio tradita in secunda decisione §. *In nihilo refragante*, quod hic non agitur de extendendo fideicommissum de uno casu ad alium, sed de declaranda voluntate fideicommittentis: An nempè nepotes, quos posuit in conditione, & expressè vocavit, censeantur vocati, tam ad portionem Patris, quam Patrui, hoc enim casu ex eorumdem vocatione in casu alienationis, & delicti efficacissimè conjici potest pro vocatione in casu obitus, ut huic objecto respon-
18 dit Rota *coram Alexandro VIII. dec.1.num.*30. & *decis.*300. *n.21.part.12.rec.*

Tertia conjectura, quæ antecedentes confirmat desumitur ex prohibitione Trebellianicæ facta non solum primis hæredibus institutis, sed etiam eorum filiis, ibi - *Prohibuit dictis hæredibus, & aliis vocatis, ut supra, quamvis Trebellianicæ detractionem*. Cum etenim talis prohibitio præsupponat, quod non solùm filii Testatoris, sed etiam ipsius nepotes sint gravati onere restituendi, alias frustrà ipsis vetita
19 esset hujus quartæ detractio ad tradita per Riminald. Sen. *cons.*243.*n.*90. Menoch.*cons.*117.*n.*21.& *cons.*277. *num.*12. Gabriel. *cons.*123.*n.*11. *cum duobus seqq.* Certumque sit nepotes non posse intelligi gravatos, nisi erga Patruos, dum in Testamento propter Patruos, & nepotes nulli alii leguntur vocati. Hinc propterè sequitur perneceſse, quod si Testator voluit gravare nepotes, ut restituant Patruis. Ita etiam censetur gravasse Patruos, ut restituant nepotibus ex regula, quem gravo honorò, de qua est Text. *in l.6.* 20
ff.de leg.& l.9.C.de dd. & in specie præter adductos in decisionibus, quę revidetur dixit Rot.*dec.*328.*n.*8.*&*9.*p.*19.*rec.*

Parum relevante, quod Trebellianica non debetur, nisi primis hæredibus, ac per consequens inutilis, & inepta fuit illius prohibitio filiis filiorum injuncta, Quoniam, cum dicti filii filiorum fuerint substituti, sub commemoratione mortis, censentur vocati per vulgarem in portione parentum, casu quo isti ante obitum Testatoris mortui essent: prævidens propterea Testator, quod nepotes in contingentia d.casus subingrediendo locum parentum tamquam primi hæredes potuissent detrahere Trebellianicam, summa providentia nec inutiliter illam etiam nepotibus favore Patruorum prohibuit. Ultra quod quidquid sit; An scensenda sit inutilis, quod non est præsentis indaginis, nec hoc verificari mox demonstratum fuit, adhuc per modum hypothesis, admisso, quod ea censeri debeat superflua, non ideò tamen definit declarare voluntatem Testatoris gravandi nepotes ad restituenda bona fideicommissaria, cum tritissimum sit, quod ex actu nullo, & insubsistenti emergit conjectura ad declarandam mentem Testatoris, Rota 21
*coram Ludov.dec.*76.*n.*3.*dec.*68.*nu.*2. *vers. Ista voluntas p.*2. *rec.* alibique passim.

Hisce solidissimis conjecturis adstipulantur plures aliæ, videlicet qualitas masculinitatis, clausula - *vulgariter, pupillariter & per fideicom.* quæ licet seorsim sumptæ sint controversæ, juncte tamen cum aliis mirifice conferunt ad magis, magisque elucidandam vocationem nepotum in portione Patrui ex notatis per Rot. *dec.*42.*n.* 16.*p.*11. *recent.* 22
Fortius in præsenti casu, quia versamur in descendentibus Testatoris, in quibus etiam ad assequendam portionem Patrui sine liberis defuncti, leviores conjecturæ suffragantur, Ruin. *cons.*139.*col.*7.*lib.*3. Giovagnon. *cons.*81.*num.*7. & 23
respondit Rota *decis.*266.*nu.*4.& *seqq. decis.*300.*n.*7.*par.*1. *rec.dec.*474.*n.*7.*p.*13.*dec.*617.*n.*18.*p.*18. *dec.*501. *coram Dunoz. Jun.* ac facilius stante quod filii non sunt simpliciter positi in conditione, sed expressè vocati, quo casu, cum conjecturæ unam tantùm operationem facere debeant suadendi fideicommissum in portione Patrui, & non etiam Patris, prout contingeret, quando filii essent solummodò positi in conditione. Hinc in hoc casu multo minores conjecturæ requiruntur, ut advertit Card.de Luca *de fideicomm.disc.* 77. *nu.* 6. & *in summa n.*1000. & ponderavit secunda Decisio hujus Causæ §. *Ultrà quod*. 24

Et ità utraque Parte informante, omnibusque Dominis suffragantibus responsum fuit.

R. P. D. MOLINES.

Carpentoraten. Hæreditatis, seu Fideicommissi.

Veneris 14. *Martii* 1687.

ARGUMENTUM.

Substitutio concepta cum conditione - *si sine filiis* - per filiorum existentiam expirat, sed quoties concurrant conjecturæ suadentes fideicommissum quod d.regula minimè sit attendenda habetur apud Card. de Luc. *de Fideicom. Disp. LXXXIII. cum seqq.* in cujus comprobationem plures conjecturæ hic transcribuntur. Secundogenitus per obitum primogeniti efficitur Primogenitus & redditur incapax succedendi in secondogenitura postea purificata & hanc incapacitatem influit in omnes ejus Descendentes licet ipsi quoque successivè fuerint vocati quando vocatio secundogeniti & Descendentium non nomine proprio, sed appellativo fuit emissa.

SUMMARIUM.

1 *De æquitate hæredi gravato, cui competunt detractiones quantitativæ, datur retentio alicujus portionis bonorum verisimiliter adæquantis creditum illarum, & in reliquis bonis conceditur immissio fideicommissario.*

2 *In conjecturali materia prudenter est procedendum.*

3 *Substitutio emissa sub conditione* si sine filiis, *per filiorum existentiam evanescit.*

4 *Ab hac regula receditur, si aliud suadeant, & verba, & conjecturæ Testamenti.*

5 *Ex gravamine elicitur vocatio.*

6 *Onus assumendi cognomen, & arma Testatoris perpetuo injunctum, præsupponit descensivum fideicommissum.*

7 *Voluntas Testatoris, qualis fuerit in casu obitus, rectè declaratur à considerato eo explicato casu privationis.*

8 *Fideicommissum perpetuum censetur ordinatum, si Testator mentionem fecerit de linea.*

9 *Votum conservandi Agnationem desumptum ex onere deferendi Arma, & Cognomen Testatoris efficax reputatur pro inducendo perpetuo fideicommisso.*

10 *Idque suadet digressus ad plures gradus substitutionum.*

11 *Ex vocatione activa facilius inducitur vocatio passiva.*

12 *Inverisimile est quod Testator potiùs voluerit gravare proximiorem, quàm remotiorem.*

13 *Perpetuum onus perpetuum indicat fideicommissum.*

14 *Declaratur dec.*95. *post Fenzon.ad stat.Urb.&* n.15.

16 *Prohibitio alienationis, ac detractionis, arguit fideicommissariam substitutionem.*

17 *Eamque etiam demonstrat fœminarum exclusio.*

18 *Conjecturæ pro desumenda fideicommissaria substitutione, non singulæ, sed unicæ considerari debent.*

19 *In fideicommisso ordinato pro secundogenito aspirare non possunt descendentes ex primogenito.*

20 *Secundogeniti expressa vocatio secum fert primi exclusionem.*

21 *Vocatio unius lineæ importat exclusionem alterius.*

22 *Descendentes unius lineæ, non dicuntur descendentes ab alia.*

23 *Quamvis unus frater descendat ex eodem latere Patris tamen non dicitur de linea alterius fratris.*

24 *Ex discretivo modo loquendi rectè arguitur Testatoris voluntas.*

25 *Pro exclusione descendentium à primogenito, non sufficit quod Testator solam respexerit majoratuum personalem incompatibilitatem.*

26 *Sufficit bene quod respexerit incompatibilitatem realem, & linealem ex vocatione lineæ totaliter diversæ à linea Primogeniti.*

27 *Descendens à linea primogeniti exclusa non juvatur substitutione facta secundogenito.*

28 *Ut quis succedat, inspicitur, an sit de linea vocata.*

29 *Testator vocans secundogenitum nomine appellativo non nomine proprio, censetur vocasse quemlibet, qui esset secundogenitus tam civiliter, quàm naturaliter.* Vide num.30.

31 *Substitutio si sit collata in tempus remotissimum non facit quod descendentes à secundogenito effecto primogenito succedant in fideicommisso ordinato favore lineæ secundogeniti.*

32 *Extensio in primogenituris non admittitur.*

33 *Si clara sit voluntas Testatoris non urgent conjecturæ &* num.34.

35 *Defecta linea secundogeniti sit retrogradatio ad lineam primogeniti.*

36 *Hæc tamen retrogradatio non admittitur si vocatio secundogeniti facta fuerit per nomen appellativum.*

37 *Admitteretur bene fiesset scripta per nomen proprium.*

38 *Minus admitteretur si in defectum expressè vocatorum subsequatur alia substitutio.*

39 *Prædicta retrogradatio non datur si resistat Testatoris voluntas desumpta ex discretivo modo loquendi.*

40 *Verbum-capaci significat animum admittendi ad successionem expressè vocatos.*

41 *Ad hoc ut in parte conditionali comprehendantur aliæ personæ diversæ à dispositivè vocatis verba debent magis latè patere in parte conditionali.*

42 *Immissio substituto denegari non debet.*

DECISIO LIX.

ALemannus de Passis licèt prole destitutus, sollicitus tamen conservandi familiæ de Passis memoriam & splendorem, in locum naturalis & veræ agnationis, fictam & artificialem inter descendentes masculos ex Alizeta sorore in suo Testamento composuit, instituens perpetuum, & successivum fideicommissum, ad quod primo loco vocavit Thomam unum ex dicta sorore nepotem cum sua descendentia. Secundò invitavit Alemannum ex Claudio altero nepote primogenitum, ejusque descendentes masculos. Tertiò substituit secundogenitum Guglielmi, ejusque masculos. Quartò tertiogenitum pariter cum suis posteris. Quintò admisit primogenitum Petri alterius nepotis, quibus omnibus defectis substitutionem fecit ad favorem secundogeniti Claudii, & demùm fideicommissum extendit ad omnes alios descendentes masculos ex linea dicti Claudii. Injungendo vocatis nedum onus assumendi nomen, & arma familiæ de Passis, verùm renunciandi bonis paternis, & maternis favore suorum fratrum, ne ista bona cum Testatoris bonis unquam commiscerentur.

Ex hac vita migrato Claudio pronepote Thomæ, ac fideicommissi possessore, acris orta fuit contentio inter Marchionissam Joannem de Tertullis ejus uxorem, & hæredem, ac Marchionem Franciscum ultimum de linea Thomæ primi instituti; prętendente Marchionissa super his bonis quamplurimas detractiones, è contra Marchione Francisco immissionem sibi deberi uti ad fideicommissum vocato, quæ controversia finem habuit coram bo.me Albergato, decernendo manutentionem Marchionissæ in quarta parte bonorum fideicommissi pro omni eo, quòd ipsi competere posset, & in reliquis immissionem Marchioni, ut ex geminis decisionibus 17. Maii 1686. editis, altera super bono jure, altera super manutentione, ad quarum limites lata fuit sententia qua utraq; pars à præjudicialibus provocavit.

Interim defuncto Marchione Francisco, scripto sibi hærede D. Paulo Dominico ex Seguinis, præsentis controversiæ status alteratus fuit ex varietate inspectionum decidendarum; Et antequam Ego Judex appellationis illas examinandas proponerem, petiit ad Causam admitti Baro de Maligeaii, & obtinuit docto de interesse, quod successivè justificavit. Unde triangularem contentionem decidendam DD. Meis exhibui. Unam ex parte Marchionissę restaurantis instantiam pro manutentione super omnibus bonis fideicommissi. Alteram ex parte d.Pauli Dominici Seguinis prætendentis fideicommissum expirasse, & bona libera evasisse. Altera demùm ex parte Baronis allegantis ad sui favorem purificatum esse fideicommissum.

Verùm quia in ipsa die propositionis causæ D. Carolus de Paniſſe instetit etiam ad illam admitti, adducens apertam esse substitutionem ad sui beneficium ad exclusionem Baronis, ideò suspensa resolutione injunctum mihi fuit, ut quam primùm causam reproponerem, addito dubio, *An sit dandam immissio Baroni, vel potiùs Carolo*.

Hanc itaque in tantas scissam inspectiones Causam proposui hodiè disceptandam, & DD. dixerunt *manutentionem dandam Marchionissæ in quarta parte, in reliquis immissionem Carolo*.

Quia super manutentione placuit æquitas pluries à Sacra Rota admissa, quæ ubi cognoscit competere detractiones quantitativas non excedentes certam summam, tunc solet hæredi gravato concedere retentionem alicujus portionis bonorum verisimiliter adequantis creditum illarum; donec de istis plenè discutiatur, & in reliquis bonis non suspendere immissionem, imò illam concedere vocatis ad fideicommissum, quando de illo clarè constat, ut *in dec.* 265. 1
*n.*13.*coram Merlin.dec.*216.*n.*14.*in fin.* post Posth.*de manut. dec.*269.*n.*14.& 15.*p.*5. Cyriac.*contr.*12.*n.*76. Fontan. *decis.* 48.*n.*15.*idem de pactis nupt.to.*2.*claus.*7.*glosa* 3.*part.*4.*n.*29.

De existentia verò fideicommissi constare visum fuit ex Testamenti lectura, & accurata inspectione tot substitutionum per singulas clausulas, sicut faciendum esse mo- 2
nent Merlinus *dec.*447.*n.*9. Priolus *dec.*229.*n.*10.

Neque extinctum dici potest, ex quo omnes substitutiones factæ sint Thomæ primo hæredi instituto, casu quo sine filiis decederet, quare cum decesserit relictis filiis, cæteræ substitutiones expiraverint ad celebre consil. Oldrad. 21.passim à Rota canonizatum, Bich. *dec.*46. *n.*5. Dunoz. 3
Jun. *dec.*50 *n.*1.

Siquidem ab hac opinione communiter receditur, si aliud suadeant, & verba, & conjecturæ Testamenti *l.*1. *C.de condit insert.* de Luca *de fideic.disc.*83. Rota *dec.*385.*n.*20. *p.*9. 4
rec. Otthob.*dec.*113.*n.*3.& *dec.*138.*n.*1.*dec.*2.*n.*6.& 7.*p.*17. *dec.*40.*n.*8.*p.*5.& *dec.*26.*n.*26.

In casu præsenti nedum concurrunt conjecturæ quamplurimæ suadentes recessum à dicto Oldradi consilio, verùm, & demonstrationes ex ipso Testamenti contextu, in quo in primis Testator per modum regulæ sic disponit, ibi,

Ordina, disponе il detto Testatore che tutti gl'altri, che verranno dopo il suo erede, e li suoi à succedere in forma, e virtù del presente Testamento, e sostituzioni in esso contenute ne' detti suoi beni, & eredità &c. siano tenuti rimettere &c. Unde patet Testatorem voluisse virtute testamenti succeden. esse ex aliis substitutionibus in eo contentis post obitum Thomæ, ac etiam ejus descendentium. Gravamen namque injunctum post Thomam, ejusque descendentes, aliis substitutis, remittendi parentum portionem, supponit per prius istorum vocationem, ac fideicommissi progressum in aliis subsequentibus substitutionibus *l. quamvis C. de fideicom.* Cyriac.
5 *contr. 96. nu. 4.* & 5. Cavaler. *dec. 454. n. 2.* & 3. Rot. *dec. 663. n. 5. par. 2. rec. dec. 75. n. 5. par. 16. rec.*

Ulteriùs fideicommittens injungens onus assumendi cognomen, & arma, sic locutus fuit, *gravandoli il detto Testatore tutti, cioè il detto Tomaso suo Erede, e suoi, e tutti gli altri qui sopra sostituiti, che debbano portare il cognome, & armi del detto signore Testatore, sotto pena di privatione di detti Beni &c.* Et inferiùs: *Che sia osservata detta sua volontà in forma specifica dal detto Tomaso suo Erede, e li suoi, e da tutti gli altri sostituiti sopranominati.* Ex quibus resultat substitutos esse vocatos post Thomam, & suos descendentes, cùm omnibus indistinctè onus assumendi nomen, & arma
6 injunctum sit, & perpetuò servandi hanc voluntatem, Fusar. *de subfilit. qu. 384. num. 9.* Anton. de Luca *de lin. leg. art. 13. nu. 23. vers. quando.*

7 Rursùs in casu, quo Thomas, & sui descendentes reputati essent indigni ad succeden. tunc admisit ad fideicommissum Testator alios substitutos supra nominatos eodem ordine, & gradu substitutionum superiùs ordinatarum. Quod convincit voluntatem Testatoris semper fuisse admittendi substitutos etiam post mortem Thomæ, & suorum descendentium: Voluntas namque Testatoris qualis fuerit in casu obitus, rectè declaratur ab isto casu privationis ex capite indignitatis, Redenasch. *cons. 8. nu. 9.* Surd. *dec. 84. nu. 1. dec. 269. n. 11. par. 15. rec.*

Item in secunda substitutione, qua Testator post Thomam vocat Alemannum, mentionem facit de tota linea masculina Thomæ. Ex qua expressione rectè infertur, quod substitutio sequens non est restricta ad Thomam, sed complectitur omnes descendentes ejus lineæ, quandocum-
8 que ultimus decesserit sine filiis, Peregr. *cons. 56. n. 2. lib. 4. & de fideicom. art. 29. n. 41.* Decian. *cons. 84. n. 26. lib. 3.* Andreol. *contr. 86.* Priol. *dec. 344. n. 14. vers. dispositio dec. 280. n. 19.* & 20. *par. 10.*

Adstipulantur pariter urgentissimæ conjecturæ. Prima desumitur ex conservatione agnationis desumpta ab onere cunctis vocatis apposito assumendi cognomen, & arma familiæ Testatoris, cum pœna caducitatis in casu inobservantiæ, quæ conjectura efficax est pro inducendo recessu à
9 consilio Oldradi, Cels. *dec. 228. n. 7.* & *dec. 433. n. 15.* & *decis. 684. n. 5.* Caril. *dec. 2. n. 1.* & *seqq.* Merlin. *dec. 83. n. 9.* & *16. dec. 95. n. 18.* & *19. par. 11. rec. dec. 481. n. 14. par. 18.*

Secunda elicitur ex digressu ad plures gradus substitutionum inter se independentes, Ancharan. *cons. 74.* Add.
10 *ad dec. 632. n. 35. p. 4. tom. 3. dec. 40. nu. 2.* & *3. p. 5. rec. dec. 315. n. 4.* & *329. n. 15.* Ludovis. *& in Romana fideicommissi de Ursini: 7. Februarii 1681. §. Accedit digressus* coram bo. me. Albergato; Et digressum istum importare passivum gravamen restitutionis in filiis, & descendentibus Thomæ ergo omnes alios substitutos. Placuit DD. ex verbis testamenti supra ponderatis. Maximè quia nedum descendentes Thomæ sunt positi in conditione, sed expressè vocati, ut clarè patet ex testamento, qua vocatione activa stante faciliùs
11 inducitur passiva, ut advertunt Actolin. *resol. 106. n. 7.* Cavaler. *dec. 454. n. 9.* Otthob. *dec. 113. n. 7.* & *seq.*

Atque hinc non solum non contrariantur Palma Nepos *allegat. 90. n. 46.* de Luca *de fideicom. disc. per tot.* Rota *dec. 486. n. 20. par. 1. rec.* & Adden. *ad dec. 632. n. 35. ad 52. par. 4. to. 3.* & alii allegati pro exclusione fideicommissi. Imò potiùs comprobant hanc conjecturam, ubi concurrit vocatio activa positorum in conditione, & quando aliundè ex verbis Testamenti desumitur gravamen in singulis vocatis, ut in præsenti.

Tertia oritur ex inverisimilitudine, quod Testator gravare voluerit potiùs Thomam proximiorem, & magis dilectum, quàm remotiores, & minùs dilectos, ac incognitos,
12 cum tamen omnes essent æqualiter vocati, Actolin. *resol. 106. nu. 19. decis. 113. à num. 12. ad 14.* Otthob. & *decis. 361. nu. 12. par. 1. rec.*

Quarta resultat ex perpetuo onere cunctis injuncto mittendi cer eum ad associandum Corpus D. N. Jesu Christi, quod perpetuum legatum inducit perpetuum fideicommissum, immò reciprocum, Bart. *in l. annua §. Avia ff. de annu. legatis* Ancaran. *cons. 27. n. 7.* Paril. *cons. 30. n. 3. dec. 608. num. 4.* coram Bichio cum ibi alleg. & in terminis perpetui luminarii dictum fuit *in dec. 481. n. 21. par. 18.* 13

Nec obstat *decis. 95. post Fenzon. ad stat. Urbis §. Nam ad primam*, quia non concurrebant aliæ conjecturæ comprobantes fideicommissum, ut in hoc casu, quibus stantibus etiam dicta decisio admittit hanc conjecturam §. *Non obstat.* 14 15

Quinta conjectura emergit ex prohibitione alienationis, & detractionis cujuscumque quartæ, ut ad rem considerant Otthob. *dec. 113. n. 16.* & *21. dec. 163. n. 10. par. 10. rec.* 16

Ultima demùm est perpetua fœminarum exclusio ac masculorum vocatio, habetur *in dec. 344. n. 16. coram Priolo, & dec. 142. n. 44.* & *45. par. 10. rec.* 17

Exindè etiam irrelevantes cognoverunt Domini oppositiones contra has conjecturas, quia licèt illas seorsùm sumptas, quandoque Rota reprobaverit; Tamen simul junctas (prout ita sumendæ sunt in hoc dubio) concludere fideicommissum pluries dixit, ut habetur apud Ludovis. 18
dec. 315. n. 9. Otthob. *dec. 138. n. 8.* Priolum *dec. 344. nu. 19.* Merlin. *dec. 83. n. 21.* Ubi in specie respondetur *decisioni 486. par. 1. rec.* quæ communiter allegatur pro exclusione fideicommissi, & *dec. 142. n. 40. par. 10.*

Posita fideicommissi existentia DD. responderunt ad illud non esse vocatum Baronem del Maligeai, quamvis descendentem ex linea Guillelmi senioris de Panisse; Quia Alemannus fideicommittens, postquam defectæ essent substitutiones Thomæ primi instituti & Alemanni secundo loco substituti, non vocaverit simpliciter Guillelmum seniorem cum sua linea, sed ulteriùs tertio loco substituit secundo genitum Guillelmi his verbis - *il detto caso succedendo sostituisse il detto signor Testatore il secondo figlio maschio naturale, e legitimo di Guillelmo di Panisse suo nepote, & il primogenito figlio maschio legitimo, e naturale, & altri primogeniti naturali, e legitimi descendenti dal detto secondo figlio maschio naturale, e legitimo del detto Guillelmo di Panisse;* Item in defectu secundogeniti, & descendentium ab eo, quarto loco substitutionem fecit de tertiogenito cum sua descendentia. & præter has substitutiones de secundo, & tertiogenito Guillelmi senioris, nullæ aliæ leguntur in ipsius linea Quare cùm Baro non descendat à secundogenito, nec tertiogenito cum Guillelmi vocatis cum suis descendentiis, sed à primogenito Guillelmi non vocato eidem obstat vulgata Regula, *substitutio de te non loquitur*, de qua apud Jo: Andr. *in addit. ad specul. §. 1. vers. occurrit in fine*, Fusar. *cons. 39. nu. 39.* Altograd. *cons. 48. num. 1. lib. 1.* 19
decis. 443. num. 3. Cyriac. *controv. 281. nu. 47.* Ludovis. *dec. 433. nu. 2. dec. 378. nu. 2. par. 13. dec. 238. n. 3. par. 15.*

Et non solum Baro de Maligeai vocatus non est, quinimò exclusus; si non expressè, saltem tacitè ex eo, quia secundogeniti expressa vocatio secum fert primi exclusionem, Bald. *in l. 2. §. sed video. n. 2. ff. ad Tertul.* Ripa *in rubrica C. de secund. nupt. num. 12.* Castill. *controv. lib. 5. cap. 178. n. 15. vers. in eo ipso & cap. 181. n. 8.* & 9. Mans. *consult. 126. n. 25. vers. Et pulcherrima est Doctrina, dec. 309. n. 7. par. 13.* 20
sicut unius lineæ vocatio importat alterius exclusionem, Roxas *de incompatibili, par. 1. cap. 6. n. 12.* Neque descendentes unius lineæ dicuntur descendentes ab alia: Idem Roxas *d. cap. 6. n. 167.* Et quamvis unus frater descendat 21
ex eodem latere patris, tamen non dicitur de linea alterius fratris, Giurba *de consuetud. Messan. cap. 12. glos. 3. par. 1.* 22
n. 7. Capon. *disc. 237. n. 39. in fine.* 23

Confirmat prædicta patens Testatoris animus voluntatis excludere primogenitum Guillelmi, quia dum in aliis substitutionibus litteraliter vocavit primogenitos aliarum, in linea verò Guillelmi tantùm vocavit secundogenitum, & tertiogenitum, patet fideicommittentem distinxisse vocationem secundogeniti à primogenito; Et dum in hac substitutione nullam de primogenito mentionem facit, quem præoculis habebat, utique noluisse eum vocare dicen. est cum faciliter exprimere potuisse. Ex quo discretivo modo loquendi rectè arguitur Testatoris voluntas *l. unica §. sin autem C. de caduc. tollen.* Castill. *controv. jur. tom. 6. cap. 181. sub n. 8.* Rota *dec. 267. n. 13. par. 17. d. 20. num. 15.* 24
& *16.* & *d. 122. n. 8. p. 19. rec.* & *in Romana, seu Florent. fideic. §. Alterum coram Rondin.*

Corroboratur ista Testatoris voluntas ex validissima ratione

tione quæ ipsum ad sic disponen. induxit. Quia Guillelmus senior erat primogen. de domo, & familia de Panisse, & successurus in pingui primog. ejusdem, quæ est post ejus mortem erat transitura ad suum primogenitum, & suos descendentes: Ideò ne bona fideicommittentis confunderentur cum bonis alterius primogeniturræ de domo de Panisse, consultò voluit providere de pingui primogenitura novissimè ab eo erecta secundogenitum, & descendentes ab isto & in defectum horum tertiogenitum &c. sicque Testator non respexit hujusmodi Majoratum personalem incompatibilitatem, quæ sola non sufficit pro exclusione de-
25 scendentium à primogenito, juxta distinctionem Roxas *de incompatibilit. p. 7. c. 6. n. 35. ad 48.* sed apposuit realem, & linealem, eo quia providit lineam totaliter diversam à linea primogeniti abundè provisa de pingui primogenitura de Panisse, in quibus terminis incompatibilitas est li-
26 nealis, & realis, Roxas *de incompatib. p. 1. c. 8. n. 33.* & *n. 15.* & *c. 181. n. 8. 9. tom. 6.* Alciat. *resp. 101. in fine, lib. 9. vers. non obstat* Menoch. *cons. 97. lib. 1.*

Quapropter cum Baro descendat à linea primogeniti ex-
27 clusa, non juvatur hac substitutione facta secundogenito. Fabr. *in Cod. lib. 6. tit. 19. def. 24. per tot.* Mart. *cons. 199. n. 33.* Spad. *cons. 243. n. 14. lib. 3.* Capon. *discept. 237. à nu. 30. ad 39. d. 309. n. 6.* & *7. p. 13.* Decian. *cons. 2. à nu. 31.* Rota *in Avenion. fideicomm. cor. R. P. D. Rondin. impressa p. 19. in ordine la 304. n. 3.* & confirmata *17. Aprilis 1679. §. siquidem* coram eodem.

Sicque etiam consideratur, ac si non existeret, cum solùm inspiciatur an sit in Linea vocata, Menoch. *cons. 97. n. 59.* Bardellon. *cons. 95. n. 19.* Hodiern. *controv. 32. nu. 3.* Bero *cons. 120. n. 46. lib. 2. d. decis. 309. n. 6.* in qua fuit re-
28 cessum *decis. 309. p. 13.*

Neque Baroni vocationem desumi posse Domini censuerunt, eo quia in substitutione controversia fideicommittens vocaverit secundogenitum nomine appellativo non nomine proprio, ac per consequens videatur vocasse quemlibet, qui in Linea Guillelmi erit secundogenitus, sivè talis esset naturalis, sivè civiliter, idest repræsentans gradum secundogeniti, qualis reperitur Baro, sicque admitti deheat ad fideicommissum ex traditis per Alciat. *resp. 590. n. 4.* Mierez *de majorat. par. 2. quæst. 6. n. 40.* Menoch.
29 *cons. 269. n. 24. lib. 3.* Bich. *decis. 602. n. 4. decis. 395. nu. 2. p. 4. diversf.*

Placuit quippè responderi, vocationem secundogeniti nomine appellativo potiùs confirmare exclusionem primi, & descendentium ab isto, & manifestam facere volunta-
30 tem fideicommittentis contemplantis Lineam secundogeniti, ejusque descendentes, ac volentis ordine successionis incipere ab ista linea & gradu, ad exclusionem lineæ primogeniti, Roxas *d. cap. 8. à n. 39. ad 48.*

Minùs refragatur, quod substitutio collata sit in tempus
31 remotissimum, quo probabiliter Testator credere potuerat secundogenitum immediatum Guillelmi non vivere, ac proindè ne elusoria reddatur dispositio, substitutio accipienda sit pro illo, qui in linea Guillelmi erit secundogenitus, Quia observarunt DD. huic casui providisse Testatorem, vocando descendentes à secundogenito, & ulterius Tertiogenitum, & suos descendentes, & his defectis alios gradus substitutionum fecit. Et hæc conjectura
32 fallax est, & reprobatur *in dec. 648. num. 24.* cor. Dunoz. Jun. *& in decis. 507. n. 14. par. 2. rec.* Ultra quod non dixit Testator secundogenitum, qui tunc erit ut ponderat Mierez *de majorat. par. 2. qu. 6. n. 40.*

Reliquas verò conjecturas levis ponderis pariter DD. existimarunt in præsenti casu, in quo non versamur in extendendo substitutionem ad ulteriores gradus procedentes à Personis vocatis, in quibus terminis illa considerant DD. in contrarium allegati, sed prætenditur extensio li-
33 neæ vocatæ ad lineam non vocatam, quod in primogenituris, quæ sunt stricti juris, & quæ strictam recipiunt interpretationem, non admittitur *l. quæ conditio ff. de condit. & demonstr.* Decian. *cons. 2. n. 31. lib. 2.* Menoch. *cons. 442. n. 12.* de Luca *de fideicomm. disc. 15. nu. 38.* Bardellon. *cons. 95. num. 17.* Ceph. *cons. 107. num. 18.* 19. de Luca *de Ling. leg. art. 13. dub. 17. decis. 172. n. 7. par. 41.*

Et cum adsit expressa Testatoris voluntas admittendi fideicommissum lineam secundogeniti cum reali exclusione primi, & ejus descendentium ex supra ponderatis, non
34 est æquivocis conjecturis immorandum, quia hæc voluntas facit ordinem succedendi *l. pater §. filiæ, & §. à te peto ff. de leg. 2. l. generaliter §. quid ergo ff. fideic. libert. l. Nec enim ff. de solut.* cum aliis per Roxam *d. p. 1. cap. 8. nu. 31. & n. 45.* & 46. & hac stante non esse recurrendum ad conjecturas, dixit Faber (in simili casu de vocatione secundo geniti ad exclusionem primi) *in Cod. lib. 6. tit. 19. de finit. 24. in fine.*

Eoque minus extincta linea secundo geniti, & tertiogeniti, valeat prætendere Baro esse vocatum, saltem eo quia defectis his gradibus fiat retrogradatio ad lineam pri- 35
mogeniti ad Textum *in l. Cum ita 32. §. in fideicomm. ff. de leg. 2.*

Siquidem quamplures occurrunt responsiones; tum quia vocatio secundogeniti nomine appellativo, & non nomine proprio manifestè excludit retrogradationem, & illo defuncto, & deficientibus descendentibus successio non defertur ad primogeniti lineam, quæ, ut diximus, nedum non est vocata, sed realiter exclusa; sed transit ad tertiogenitum, & alios substitutos *c. licet 6. circa fin. de voto, & voti redemptione Auth. de Hæred. & falcid. §. si quia autem vers. inordinatum verò circa modum*, Roxas *d. par. 1. cap. 8. n. 38.* & *par. 7. c. 6. n. 50.* & *53.* Castillus *contr. c. 181. n. 34.* & 35. Quicquid esset si secundogenitus esset vocatus nomine proprio; quo casu talis expressio importaret prædilectionem personæ secundogeniti, & in istius defectum reverteretur successio ad primogeniti lineam, Roxas *d. c. 8. n. 42.* & 48. Castillus *controv. lib. 3. c. 15. n. 26.* 36 37

Tum etiam quia, ub etiam esset plurium de familia collectiva vocatio, & aliquorum expressio, si in defectum expressè vocatorum subsequitur alia substitutio, tunc fideicommissum non revertitur ad genericè nominatos in defectum specificè vocatorum, ut habetur ex Text. *in l. cum ita §. in fideicom.* ibi - *Nisi specialiter defunctus ad ulteriora voluntatem suam extenderit*, ubi Baldus *nu. 3. vers. tertia* 38
quæstio.

Tum demum, quia resistit huic retrogradationi Testatoris voluntas desumpta ex discretivo modo loquendi, quo usus fuit quando voluit redire ad lineam Claudii, à qua semel digressus fuerat; tunc namque facere non ignoravit, specificè vocando secundogenitum Claudii, quem prius in secunda substitutione prætermiserat, quare cum extinctis secundogenito, & tertiogenito lineæ Guillelmi, fideicommittens non redierit ad primogenitum, ubique ipsum excludere voluit, Faber. *in C. lib. 6. tit. 19. de verb. sign. defi 24. circa finem vers. Nam ex verbis*, & comprobant Castill. *controv. c. 81. n. 8. to. 6.* de Luca *de linea legali art. 13. n. 13.* & *15.*

Similiter non potest Baro de Maligea dici comprehensus in parte conditionali, ibi -- *E caso che detto Nobile Guillelmo de Panisse non havesse alcuni figli maschi, ò morisse senza alcuni figli maschi capaci à succedere all'hora la detta sostitutione venga, &c.* Quoniam in hac parte Testamenti Testator non posuit in conditione simpliciter filios Guillelmi, sed adjecit ibi -- *Capaci à succedere*, per quam significare voluit animum suum admittendi ad successionem capaces, ad idem expressè vocatos, & sic verbum *Capaci* declarat Mierez *de Majorat. par 2. q. 4. n. 334.*

Ultra quod, ad hoc ut in parte conditionali compre- 40
hendantur aliæ personæ diversæ à dispositivè vocatis, verba debent magis latè patere in parte conditionali, aliàs censentur eædem personæ repetitæ in parte conditionali, quæ erant in parte dispositiva, Cephalus *cons. 107. n. 5.* Cetrus *decis. 656. n. 6. dec. 232. n. 30. vers. Tum quia & seq. par. 19.*

Constito itaque ex prædictis fideicommissum existere, & continuare in aliis sequentibus substitutionibus, ac justifi- 41
cata exclusione Baronis, & quod nullus alius compareat comprehensus in reliquis substitutionibus, clarè visa fuit DD. vocatio Caroli positi in ultima substitutione tanquam descendentis à secundogenito Claudii, ut abundè justificatum fuit, ac per consequens ipsi debetur immissio *ex l. Cod. de edict. D. Adr. tollen.* Rota *dec. 49. n. 7.* & *decis. 378. nu. 1.* 42
coram Card. Cerro.

Et ita Marchionissa, & Paulo Dominico de Seguin ac Barone Petro Francisco, & Carolo de Panisse acriter informantibus resolutum fuit &c.

R. P. D.